

Q. B. V.  
DISSERTATIONE GRADUALI  
**OBSERVATIONES**

Circa ARTEM

*ANTIQ. GENIUM CELEBRIORUM NUMISMATA  
ADORNANDI, In Specie*  
**NUMI SABINÆ Expositionem,**  
Suffr. Ampliss. Ord. Phil. in Reg. Acad. Ab.  
Sub PRÆSIDIO


*Viri Maxime Reverendi atque Celeberrimi*

**D. JOH. BROWALLII,**  
S.S. Theol. Doct. ac Scient. Nat. Prot. Reg. & ord.  
h. t. RECT. MAGNIF.

Publico honorum examini modeste submittit  
STIPENDIARIUS REGIUS

**HERMANN. CARLING D. F.**

*WESTER-GOTHUS.*



Die XVI. Julii An. MDCCXLV. I. h. solis

---

ABOÆ, Excud. JOH. KIÆMPE, Reg. Ac. Typ.

A SON EXCELLENCE  
MONSEIGNEUR LE COMTE  
**CHARLES GUSTA-**  
**VE TESSIN,**  
SENATEUR,

Conseiller de la Chancellerie du Roi,  
Grand-Maître de la Cour de Leurs Altesse Roialles,  
Chancelier de l' Acad. Roialle d'Abo,  
Et  
Chevalier de l' Ordre de l' Aigle noir.

F<sup>e</sup> Avoue que plusieurs regarderont comme une grande témérité, ta hardiesse, que j'ose prendre de dédier à Votre Excellence ces faibles marques de mon dévoûment & de l'estime toute particulière, que je conserverai toute ma vie pour Un Seigneur, Dont le mérite & les éminentes qualités ont gagné jusqu'ici l'affection d'un chacun. Je ne serai, il est vrai, que l'écho de la voix publique, & il n'appartiendrait qu'à une plume du premier ordre de faire dignement l'élo-

l'elogie de Votre Excellence. Mais j'aurai du moins la satisfaction d'augmenter le nombre de Vos admirateurs, & de publier par tout, que c'est à bon droit, que Notre Auguste Monarque a rebeuu Votre Excellence de differends & honorables emplois, dont Elle s'est aqvitè avec autant de gloire de SA part, que de contentement & d'admiration chez les Etrangers. De sorte qu'on peut dire avec justice, que Votre Excellence a plus honoré les charges, qv' on Lui a données, que celles-ci ne Lui ont aporté de lustre. Tel est l'effet d'un mérite distingué. Les Muses auſſe ne t'ignorant pas, se réjouissent d'avoir un ſe bon Avocat. Et en mon particulier, je ne puis que faire des Vœux pour la prospérité de Notre Cher & Illustre Chancelier, Que je prie Dieu de combler pendant une longue ſuite d'années de tout ce, qui peut contribuer à SA félicité. Que Votre Excellence daigne, ſ'il Lui plait, accepter cette petite diſertation avec la bonté ordinaire, qui Lui attire les Vœux de tout le monde, & qui La fait ne point dédaigner les hommages sincères des moindres Particuliers. Raffuré par ce moyen, je me dirai avec confiance, & avec touuel' étendue d'un zèle plein de la plus profonde Vénération,

De Votre Excellence

'Le très humble très obéissant & très  
respectueux Serviteur  
HERMAN GARLING'

S:æ R:æ M:æ  
MAGNÆ FIDEI VIRO  
Reverendissimo PATRI ac DOMINO

# Dn. DANIELI JUSLENIO,

S. S. Th DOCT. Diœcœlos Skarenſis EPISC. Consist.  
Eccel. PRÆSIDI, Reg. Gymnasi Scholarumq; per to-  
ram Diœcœsin EPHORO eminentissimo, Gravissimo,  
MECANATI MAXIMO.

Ut venerandus Clerus W. Gothicus apprime sibi gratulatur,  
quod Te Epilcopum venerari ticeat, ita eadem summo-  
pere gaudia gaudent in Lyceis Patriæ commorantes, qui Tui  
olim favoris sibi promittunt usuram; præcipue autem illi,  
quibus Sacrum, quod Aboæ floret, musarum domicilium adi-  
re contigit, ubi ingenii atque doctrine vividos sparsisti ra-  
diis. Quos inter cum ego numerer, bse me occasio in pio-  
tissimum laudum Tuarum campum immitteret, ni quid  
bumeri vaterent, satis superque sci rem, inque os laudare  
quam agre feras. Interim tamen, cum præcellentium virtutum  
Tuarum, Reverendissime PRÆSUL, tot atque tanta hec  
reliquis desigis, ut eorundem commemoratio quosvis et  
maxime Tibi ignotos in amorem venerationemque Tui sin-  
gularem rapit, benigne patiare quofo. quod & hac qualis-  
cunque dissertatio Reverendissimo Nomine Tuо super-  
biat, mesque in Te pœtatis interpretem agat. Nec his san-  
ctum, Reverendissime PATER, ut non succenseas ausibas,  
sed mibi insuper aliquem inter cientes Tuos concedas lucum  
humillimus oro. Ego autem DEUM ardentissimis spiriis ve-  
nerabor, ut Te una cum Familia Nobilissima, quam diutissime  
supersticem, incoluem & florentem videat W. Goibia Tua,  
utque murus quod magno cum Patriæ applausu adiisti, majori  
cum ejusdem bono ad Nestoreos usque annos persequaris. Quod  
fore & insignes Tuæ virtutes & nostra pietas & numinis fa-  
vor sperare jubet.

Reverendissimi NOMINIS TUI

Cliens Humillimus

HERMANNIUS CARIING.

MONSIEUR  
GOTHARD GVILLAUME  
MARKS Von WÜRTEMBERG,  
Colonel du Régiment de Jeintland.

Si mon Pere en reconnaissance de Vos bienfaits, a eu jusqu'  
ici un attachement inviolable pour tout ce, qui concerne  
une personne & un mérite aussi éminent & d'un caractère  
aussi distingué, que le Vôtre; ce n'est pas sans raison Monsieur,  
que, marchant sur ses traces, & tenant à lui par  
des liens indissolubles, j'ail' honneur de vous offrir mes veilles,  
sachant bien que Vous daignerez les honorer de Votre judici-  
euse aprobation & de ce juste discernement, qui Vous procu-  
rent à bon droit l'estime de Mars & des Muses. Elles  
en augmenteront de prix, & ma gratitude n'en sera que plus  
vive pour Un si illustre Protecteur. Continuez je Vous prie,  
Monsieur, cette aimable bienveillance dont il Vous a plu  
user à l'égard de mon Pere, & comptez, que je ferai tous  
mes efforis pour ne m'en point rendre indigne; puisque je  
suis avec un profond respect & une vénération toute particu-  
liere,

MONSIEUR,

Votre très humble & très  
Obéissant Serviteur  
HERMAN CARLING.

Magnifico Domino Rectori  
Dn. JOHANNI  
BROWALLIO,

S. S. Th. DOCT. Celeb. Sc.  
Nat. in Reg. Ac. Ab. PROF.  
Regio & Ordinario;

Viro Ampliss. & Celeberrimo  
D. DOCT. HERMANNO  
SPRING,

Medicinæ in alma Acad.  
Aboënsi PROFESSORI Re-  
gio & Ordinario, Nutritio  
Propensissimo;

PATRONIS ac PROMOTORIBUS Maximis.

Non longe petende mibi rationes sunt, cur dissertationem  
banc Vobis, PATRONI & PROMOTORES Exoptatissimi,  
consecrem. Fecit id unice VESTRORUM in me meritorum  
magnitudo. Ea enim fuit Altissimi erga me gratia, ut post  
accessum meum ad Regiam banc Academiam, Quemlibet  
VESTRUM Mecænatem singularem nactus sim; id quippe  
effecisti, ut nihil habenti nihil defuerit. TULUM vero, Nu-  
tritie Benignissime, si de me bene merendi studium &  
favoris documenta loquererer, Chartula dicendis non sufficeret.  
Omnia & singula venerabunda mente agnosco beneficia, & dum  
vixero agnoscam. Accipite igitur Jereno vultu, Mecænates  
behnissimi, hoc quicquid est munera in perpetue observantia  
pignus, nec thura hac mea debitam pietatem redolentia despice,  
sed me favore quoque VESTRO in posterum dignanimi. Meum est  
& erit pro perenni VESTRO VESTRORUMque flore ardentissima  
& nunquam intermittenda concipere vota.

Magnificentiae TUÆ  
Nec non Ampl. atq; Celeb. NOMIN. VESTRORUM  
Cliens Humillimus  
HERMANNUS CARLING.

Viro Ampliss. & Celeberrimo  
Dn. MAG. NICOLAO,  
HASSELBOM,

Matheeos in Reg. Acad.  
Aboënsi PROFESSORI Re-  
gio & Ordinario;

Viro Ampliss. & Celeberrimo  
Dn. MAG. HENRICO  
HASSEL,

Eloquentiæ in Sacro,  
quod Aboæ floret, Lyceo  
PROFESSORI Regio & Or-  
dinario;

LIEUTENANTEN  
Wid Jemtlands Infanterie Regemente  
WÆLÆDEL  
HERR DANIEL CARLING,  
Min Högtærade Kiæraste Fader.

Sedan Apollos firade berg ostædade legat,  
Wel mong hundrade vintrar seit både tappar å rötter,  
Træn bels skallote stadt och kiekkor i torrone stadnat,  
Föll then tjufliga sommaren in, skjont weder å solskien.  
Månge berömlige menn, som frihet n anade wexten,  
Rensade Castals kraftiga brunn, och skion Aganippes,  
Wextrena med, som frögdas i flor, nu grönkas i nøje.  
Cedren nyliga fådt nyf lsf samt skionare skiepnad;  
Palmen och Oly' tret blomstras i sin naturliga skiotzel;  
Helgade lagren ser sin glantz och prunck ar å Parnass;  
Skionare plantors sång af prachtiga liljor å roser  
Skionliga se sin dyrd, se'n Numos i theras antabl  
Bract, och saften å them kring spridt på de dejliga blommor  
Pallas frordare men Helicons künstligare kiecke,  
Hvars odödliga namn the följan'e bladrene föra,  
Samt theras bugsan hwad bland annat lärdat mig å Pindus.  
Hwilcket, ebur' nu tbet er, jag här framvisar i liuset,  
Och fördrißtar i ödmukhet min FADER at egna  
Med tackoffer å lof för godt mig steds æ bewisat.  
Tag tbet emot, min FAHR, med gunst och fadrelig hægnad.  
Mebra kan ei mit emne så swagt, tbet fylla ska bönen:  
Himlen gör' Eder öfriga tid helt signad i nøje,  
Til thes at I med bugnad å frögd fullmatt' utaf åhren,  
Tymliga lifwet wehl med en ewigan hærlighet ömse!

Högtærade Kiæraste Faders

Lydigste Son  
HERMAN CARLING.

Viro Nobilissimo  
Dn. HERM. TIDEMAN,  
Ad Regimentum Jemtiae  
Locum Tenentis Strenuissimo,  
Avunculo Exoptatissimo;

Adm. Rev. atque Pracl. Viro  
Mag. LAUR. ZIKERMAN  
Pastori in Mellby meritissi-  
mo tam ob grandævam  
Senectam quam beneficia  
plurima Avi loco ætatem  
colendo;

Adm. Rev. atque Pracl. Viro  
Mag. JOH. BILMARK,  
Hist. & Mor. in Reg. Gym.  
Skar. Lectori, & ven. Con-  
sist. Adseffori dignissimo, o-  
lim Nutritio Exoptatissimo;

Admod. Rev. arg. Pracl. Viro  
Mag. PAUL. THEM-  
PTANDRO,  
Logic. & Phyl. in Regio  
Gymn. Skar. Lectori, &  
Ven. Consist. Adseffori AE-  
quissimo;


Viro Preclarissimo  
Mag. OLAV. ODHELIO,  
In Reg. quod Skar. floret  
Gymn. Eloq. & Poël. Le-  
ctori Ven. Consist. Adseffori  
adcuratissimo, quandam

Spectatiss. & Consultiss. Viro  
Dn. ANDR. SANDAHL,  
Territoriorum W Goth.  
Skåning, Gudhem & Kin-  
na &c. Praetori Prudentissi-  
mo, Patrui loco semper  
colendo;

Nutritio Optimo,  
Patronis & Promotoribus ad  
Cineres colendis;  
Experient. & fide dignissimo  
Dn. PETRO TIMAN,  
Urbis Borosiensis Phar-  
maropole Laudatissimo, PA-  
truco Carissimo;

Spectatissimo Viro  
Dn. SV. LINDSTRÖM,  
Senat. & Mercatori Skar.  
Conspicuo, Fautori jugiter  
Honorando;

IN pii grati animi pignus, ob beneficia plurima, cum diu-  
turne incolumitatis juxta ac prosperitatis voto, exiles bas-  
pagellas D. D. D.  
Nobil. & Adm. Rev. Pracl. & Spect. Nom. VESTRORUM  
Cittor observantissimus  
HERMANNUS CARLING.



In Nom. JES. Christi.

ANTECESSIO.

**S**tudiorum literariorum genetrices & nutrices necessitatem, voluptatem & superstitionem prædicat HEUMANNUS [a], gradus tamen inter ea delectationis dari itemque utilitatis, in aprico est. Studio vero Numismatico majori an aliud sit oblectamento multi dubitarunt; tot enim inventionibus, elegantius aliisque deliciis abundat, ut cultores ejusdem plura alibi frustra queri sepe credant. Nec commoda inde exspectanda exigui sunt momentis, quibus explicandis, ut & generatim huic studio, baud infelicem adhibuit operam Lib. Baro EZECH. SPANHEIM. Utriusque vero & delectationis & utilitatis, qui studium hoc profitentur, omnes vix & ne vix quidem participes redduntur: reportare quidam non nisi necam vulgaris nimique curiositatis & pene dixerim vanitatis. Illatis namque, ut dicunt, manibus ad studium hocce non datur accessio, nec progressus sine alicujus momenti sumtibus, tempore atque patientia obtinentur; Studium ergo numismaticum paucissimorum est, generalis tamen ejus notitia baud negligenda, (altem ab illis, qui studient humaniora; quippe qua cultura studii artisque numismatica multum locupletata sunt. In specie Vero hujus studii

A

usum

usum explorare, quantum e. g. Oratoribus, Historiis, Orto-  
graphis, Mythologis, Piætoribus, Sculptoribus & Monœcristi aliis  
que interviat brevitas proposita verat; adeat qui capit intro-  
ductionem ad Histor. Numism. CAROLI PATINI, SPANHEIM.  
de usu & præst. Numism. ut alios raseamus. Honorificum pro-  
fus est judicium Cl. BERTRAM: Münzen ( inquis ) dienen ei-  
nen gelehrten zur erluterung fast aller, fonderlich Histori-  
schen wissenschaften ( b ). Cui SVARESII Episc. quondam Va-  
tionensis dignit videntur qua subnecamus verba: Si bella pla-  
cent in numis apparent descripta vexilla, trophyæ, al-  
locutiones, triumphales currus & arcus, armaturæ mo-  
dus omnis, clypei, cassides, ancilia &c. Si religio pla-  
cket in numis apparent facies numinum antiquorum  
omnis generis, pax, felicitas, æternitas, pietas, templa,  
sactorum omnium ritus, aræ, vasa, litiæ &c. si placent  
politicæ, in numis viluntur magistratum falces, ludi se-  
culares, theatra, amphitheatra, sellæ, diademata &c. ( c )  
adeo ut moneta, verba sunt Cl. THUNII, Historia Synbo-  
lis & emblematis consignata non incommode assimile-  
tur, quæ res multis retro seculis agitatas, quasi e te-  
nebris in lucem protrahit, ribusque dudum mortuis  
ac sepultis vitam reddit ( d ). Quamobrem etiam magni-  
orum virerum historias numis illustratas, recentioribus tem-  
poribus sepe praedire visimus, antea co ipso haud parum caro-  
dem pretio ac affirmacione; imo vel solis numerorum monu-  
mentis historias superstrutæ, quo in genere eminet pretiosissi-  
mum elegantissimumque verinde ac rarissimum opus: Histoire de  
LOVIS XIV par medailles. Specimen Publicum editurus, ar-  
gumentum quod laudatum hoc studium concernit, elegi, non  
quidem proprio auctu, fiducia virium mearum, sed EJUS præcipue  
fusa & autoritate, CUI parere palebrum duxi. Qued frero minut  
a palatum esse curiosorum, vel materie præstantiam non exhibere  
vise

visa fuerit subsequens erubatio, spem eamem forco, pro suo candore  
B. L. omnia in meliorem interpretaturum partem, desiderata vero  
aut minus accurate dicta temporis, iuxta quod thema hoc elabo-  
randum fuit, argutie tribaturum & inopie subsidiorum, vel si  
placuerit, non refragaber, mea quoque hoc in studio infansie.

(4) abt. Philos. p. II. cap. III. §. 15. seqq. (b) In der  
Einleitung in die so genante schöne Wissenschaften, oder Lit.  
Human. p. m. 270 (c) Vid. Dissert. Joseph. Maria Suarez. de  
Numis. & Numis antiquis cap. 2.  
[4] Vid. Dissert. ejus de monet. Aer. in Spec. roe.

§. I.

Inter alia bona inventa, qvibus commodis nostris  
consultitur, insimum sibi non vindicat locum mo-  
netas conficiendi ars, si vel ultius ejus resperxerimus vel  
antiquitatem; illi vita nostræ rationem consideranti sta-  
tuta patent; hæc magis involuta jucet. Historici vere-  
res, qvorum sententias brevitatis ergo heic præteri-  
mus, multum hac de re tradunt; sed, singulis fere sin-  
gularum gentium diversos celebrantibus pecunia signa-  
ta primos inventores, nulla haberi potest certitudo;  
vero tamen videtur simile, inventores illos celebratos  
vel primos existisse, qui in hac vel illa regione numos  
signaverint, vel ipsam artem aliquo pacto excoluisse.  
Nec cum iis facere possumus, qui inventionem artis hu-  
jus Adamo, Caino aut Tubalcaino attribuunt, incertis-  
sima pro certis habentes. Nullum certius pecunia si-  
gnata antiquitatis nobis est testimonium, quam quod  
sacra Historia suppeditat; quippe qvæ Abrahami tem-  
pore monetam argenteam in usu fuisse testatur, Gen.  
23. 16: Versio vulgata habet: probata moneta publica, Tra-  
melliana: commoneant ad mercatorum gremia, Anglicana:

of monney courant among marchants, Svecana: Som ta  
gäfwo och gångse wero: Inde concludere fas est, non  
multo post diluvium pecuniae signatae usum invaluisse.  
Qvib[us] autem notis pecunia tempore illo, aut proxi-  
me subsequenti singulas apud Gentes gavisa fuerit, aut  
qvænam alia fuerint circumstantiae circa ipsam monetæ  
confectionem &c. eo magis temerarium judicamus deter-  
minare velle, quo altius tenebris id voluta res ipsa ja-  
cet. Qyando igitur antiquam Gentium celebriorum ar-  
tem monetas adornandi, seu aliis atque aliis instru-  
endi ornamentis explicare constituimus, modo recentio-  
ra respicimus tempora. Ornamenta numismatum duplia  
esse statuuntur, nimirum vel interna vel externa: Die  
innerliche Schönheit ist, inquit BERTRAM, wenn die Me-  
daille sonderbare Geschichte, Umstände, Personen, Titel  
und vergleichend entdecket, oder mit sinnreichen und vielen  
Bildungen und Legenden geziert ist. Neuerlich, wenn  
die Medaille noch ganz, oder gar mit Fürnis überzogen.  
Die Bildnissen erhaben, schön und erkentlich. Die Le-  
gende literlich ist (e). Ad hoc attendendo artis adornandi  
incrementa vel decrementa facile quisque perspicere  
poterit, modo ad fines diversos numerorum, in quos cusi-  
sunt, situl respectus habeatur.

(e) Vid. loc. supra cit. p. 274.

### S. II.

**O**bvenit igitur nobis omnium primo celebratissima  
per orbem Hebræa Gens, cuius de numis, cum  
id poscat instituti ratio, non omnino nihil dicere licet.  
Hebræis sive Istraélitis fuisse intrantibus Ægyptum &  
ex eadem exiuntibus monetam, licet forsitan non propri-  
am, historia sacra docet; Sequenti vero tempore pro-  
priam eosdem habuisse, cum eadem S. dictæt pagina,  
ope-

5

operose magis nos non probamus. Qvin numi eorum  
usuales latis bene fuerint adornati, sed pro ratione ta-  
men fatorum reipublicæ, vix dubitandum. Singulas a-  
tates percurrere nec necessarium est, nec prælens re-  
rum nostrarum habitus permittit. Princeps eorum nu-  
mus fuit sicles. Notamus vero sicolm, Hebraice  $\text{שְׁפָא}$ ,  
tam monetae genus quam ponderis fuisse, & ratione  
usus vel sacrum seu sanctuarii, vel profanum i. e. com-  
munem seu civilem (f); respectu vero materiae vel  
chalybeum vel ferreum, aureum vel argenteum (g).  
Notatu dignissimus est argenteus ille quamdrach-  
marum pondere, suis non destitutus ornamentis; ha-  
bet autem in uno latere caliculum thuris, in altero  
virgam virescentem Aaronis. In iis, qui adhuc supersti-  
tes sunt, & ante captivitatem Babylonicam eusi perhi-  
bentur, extant Samaritico charactere circum circa hæc  
verba: *Hierosolyma sancta*, item: *Siclus Israëlis*, vel etiam  
ab uno latere: *Hierusalem civitas sancta*, ab altero: *Siclus*  
*Sanctuarii*. Hinc præcipue orta est controversia, an  
Samaritanis literis Hebræi communiter ante captivita-  
tem babyloniam usi sint? quam vero nostrum exami-  
nare non permittit institutum; consulat qui cupit RICHAR-  
DUM SIMON, Histor. crit. vet. Test. 3. BRIANUM WAL-  
TONUM, tract. de Siclis, LUDOVICUM CAPELLUM in arcan.  
Purét. libr. I. cap. VI. & diatrib. Ejus de lit. Ebraeorum, affirma-  
tivam sententiam qui tuerunt omnes, & ab altera parte  
JO BUXTORFUM, Dissert. de lit. Ebr. genuina antiquitate,  
MATTHIAM WASMIUTHUM, Vindiciar. part. I. cap. 1. STE-  
PHANUM MORINUM exercit. II. de ling. primæva cap. VI.  
& ADRIAN. RELANDUM, V. dissert. de. numis vet. Hebra-  
orum, qui ab inscriptionum literarum forma Samaritani appel-  
lantur, alios piures ut taceamus. S. III.

[f] Ravancelli Bibl. Sacr. in voc. Siclus. [g] Id. loc. cit.

§. III.

Græci, ut antiquis gentibus facile omnibus, saltem, si ex documentis, quæ restant, judicandum sit, palmarum præripiere eruditionis, ita quoque in arte adornandi nummos majores fecere progressus; nisi Romanos, quos in aliis Græcos imitatos fuisse constat, hac in re eos superasse vel saltem emulatos fuisse contendes. Interim tamen convenienter scriptores in summa laude Græcis vindicanda. Quando signata pecunia usus in Græcia primum cœperit non adeo certum; id autem admodum verosimile videtur, eos ante Romanos tam ex auro & argento quam ære confusse monetam. In primis sciendum est, regnante Alexandro Magno in Græcia & Asia, hanc artem ad summum perductam fastigium viguisse usque ad Galienum Imperatorem, quæ tempestate cecidit simul cum imperio (b). Testantur id elegantissima quæ adhuc supersunt numismata, elegancia utraque conspicua, de quibus A. AUGUSTINI testimonium preferre luet: *In antiquis numis magna exstant perfecta pictura signa ad vivum delineatis hominibus, rebusque tam affabre ad vivam imaginem expressis, ut lupra nibil possit; quedam etiam nomismata sic leviter extasea, ut in auro argenteo possumato, alia altius exurgentia reperiantur. Et quaqueversum, ut non in plano impressa signa ac tabula, sed integre sculpe statue esse videantur* (i). Quibus verbis in primis artificium Græcorum in numis adornandis celebratur, Romanis tamen non exclusis. In specie vero ornamenta eorum quod attinet, præter effigies Regum, Deorum, aliorumque, titulos & inscriptiones suæ lingvæ optimas, emblemata, Hierolyphica varia in eis deprehenduntur. Primo vero tempore admodum simplicia illa fuere, dum nummos suos notabilis

vis vel mulæ currum trahentis signabant, postea A-  
thenienses in adversa PALLADIS urbis suæ Præsidis caput,  
vel effigiem, sed alio atque alio ornatu, & in aver-  
sa stantem noctuam expresserunt, cum inscriptione  
**A'ΘΕΩΝ** vel **A'ΘΗΝΩΝ** (\*) In specie horum pluribus, ur-  
biumque reliquarum Graecarum in numis ornamenta  
paucis si tangeremus, multitudine dicendorum obru-  
eren ur. Ante vero quam hinc dilectissimum, notatus  
**PHILIPPUM** primo numos effigie sua, leu capite diade-  
mato & galeato ornari jussisse, unde Philippei & Phi-  
lippici idem sunt dicti. Ante id tempus apud omnes, &  
etiam Romanos florente republicæ, cautum erat, ne quis  
formam capitis sui in numis exprimeret, ni capitis pe-  
riculum subire vellere; affectatae enim tyrannidis signum  
id videbatur, a quo abhorruerunt liberæ respublícæ (k).

(b) Anton. Aug. Dial. l. (i) Id loc. cit. (\*) A Noctua im-  
pressa dicti sunt numi Atheniensum γλαύκες, latine Noctua.  
Ideo cum PALLADE Noctuam in numis signarent, quia bac-  
MINERVÆ sacra erat avé, ejusque comes in culpa secun-  
dam OVIDIUM; nam ut noctis eadem amica rísu valet:  
ita & sapientia noctu potissimum expertitur amatoribus suis,  
& eo usque labores continuat, donec acie mentis pervideat  
quidquid sit abstrusum & abditum. (k) Vid. Hanth. de N. Vet.D.  
l. II.

#### § IV.

**P**rogredimur porro ad Romanos. Idem ab initio,  
ut scriptores testantur, æs non nota sed pondere  
distinctum habuerunt (l). Et si SERVIO æs primo signa-  
tum adscribi placet, non repugnabimus. Idem, refe-  
rente PLINIO, ovis, tauri, vel porci nota æreos si-  
gnavit, unde nomen pecuniæ ductum multi cum Pli-  
nio & Varrone existimant (m): quanquam alii ante æs  
signatum vocem pecuniæ usurpatam contendant (n). A-

lioqui in altera parte Janum Geminum (o) in altera  
rostrum navis expresserunt, in triente vero & quadran-  
te rates. Usus vero pecuniae signatae ex auro argentoq;  
qvod artinet, haud obscure constare videtur Romanis  
sub Regibus fuisse ignotum. Qvando autem cœperit non  
adeo liquet, nisi fides PLINIO habenda, qvi primum  
argenteum anno urbis CDXXCIV, aureum vero DXLVI  
eiusum asserit (p). Tria erant nomina argenteorum:  
Denarius, Qvinarius & Sestertius. Adversæ Denariorum  
caput Romæ galeatum exhibebant, adjecto numero X,  
qvod assibus æreis X valeret: aversæ victoriariæ (subin-  
de Castorem & Pollucem) referebant bigis aut quadri-  
gis inventam, unde temporis progressu victoriati, biga-  
ti, quadrigati dicti sunt, ut a ratibus & rostris rati-  
& rostrati. Typus Qvinarii & Sestertiī idem erat, qvi  
Denarii. Aureus ille, solidus dictus, ut & postea argen-  
teus, XXV. valuit Denarios. Initio victoriariæ cum biga  
& quadriga exhibuit; postea vero accrescente magis ma-  
gisque potentia Romanorum, in utroque metallo, &  
in ære quoque, maxima obtinuit typorum diversitas,  
dum nihil domi forisqve magnifice actum, qvod numi  
non continerent. Præcipuorum ornamentorum explicati-  
onem habebis nationem verbis SVARESII supra allatis. In-  
finito fere numero eadem conspicuntur, præcipue in  
imperialibus, præter nomina titulos (\*) & effigies (\*\*)  
pectorales, qvibus aduersa superbit, Cæsarum, Conjugum  
&c. non tantum Imperatoribus ipsis, sed & Senatu atque  
postmodum Monetariis, favoris aucupandi ergo, ornamen-  
ta gloriam & laudem Cæsarum optime illustratura sum-  
mo studio sectantibus. Hinc liberius ne an verius Cla-  
rissimus JOBERTUS instr V. haud dixerim: aduersas nu-  
meram Augubernum iheatra ege suprema ambitionis, aversas  
porro

9.

porro adulacionem nullis contentam limitibus patam offendere  
Inscriptiones (\*\*\* ) qvod attinet, breves eadem & laconicæ sapientia plenæ, optimam scribendi rationem agnoscunt. Ciceronis ævo dissipissimos fuisse Romanos neminem fugit, rationemque eorum scribendi optimam judicandam, in primis cum magna reprehensione dignam censeretur bene dicere scribere autem vitiōse. Minorem vero adcurationem in illis, quæ numis immortalitatē consecratis insculpenda curarint, eos adhibuisse, nemo temere contendat. Eandemque laudem proximo insequenti tempori, florentis sc. imperii, prorsus non deneget. Hinc regulæ loco lingvæ latīnae studiosis inscriptiones hæ esse possunt, eisqve utentur, cum αντίγεαΦα perierint (q). Denique sciendum ornamentis extēnis præ consularibus seu Familiariū, imperiales esse conspicuos, adqve eos testimonium etiam Ant. AUGUSTINI S. proxime præcedenti allatum referas. Digna quoqve videntur verba HANTHALERI quæ heic allegentur, in certum adcurationis Monetariae Romanæ testimonium: *Tu*, (inquit) *sive aureos, sive argenteos, sive æreos, sive magni, sive medi, sive parvi S. infimi moduli Numos unius Augusti, latinos saltrem, arripias, faciem intueberis, ejusque lineas omnes, fibi semper aequales, inque tanta magnitudinis diversitate in nullo fere ab invicem excerrantes, maxime florente imperio: quod per eximium sane, & eternis dignum praecolum Artis Monetaria Romana est decus [r].* Huic iterum unum ANI. AUGUSTINI subnectimus: *sunt ærea quadam majoris nota, in quorum aerea parte signa multa visuntur erugine splendentia tanquam Sandarache, qua uirgo Verpiz, atri viridie coloris, qualia sunt Neronis nonnulla & Hadriani Imp. & summis us appareat artificibus scripta (s).* Diversitatem Numorum, valoris signa pluribus exponere, aliasqve impressiones tangere

non vacat; hortum cupidum ad Hanchaleri exquisitas Exercitationes de numis veterum alegamus, & quidem speciatim Dial. VIII 4 &c seq.

(1) Plin. Hist. mundi libr. 33. c. 3. conf. Lips. T. III. de Re Monet. [m] Plin. loc. cit. § XVIII. 3. Varro de re Rust. II. 1.

(n) vid Serv. ad Ecl. Virg. 1. § Columel. pref. ad L. VI. [o] Quidam exinas Jano in Italia primam signatam pecuniam tribuunt, vid. Dissert. Cl. Norn de pecunia pag. 32 (p) lib.

33. c. 3. (\*) Pictures variisque in Numis conspicuntur tituli, idemque plenis, dimidiis verbis, syllabis initialibus, vel etiam sola principe quadam lit. designati; bestie eos afferre brevitas petat, quarat qui cupit apud Numismatographos. Notamus rautem in quibusdam existere prater nomen: IMPERATOR CAE-SAR ALGUFUS, in quibusdam solum: CAESAR vel AUGUSTUS. In Flavii quodam VESPASIANI hic legitur titulus: IMP CAES VESP AUG AUGUR PON MAX. In conjugum: ALL-GUSTA. Scindum quoque ubi tituli § elegia e. g. Optimus vel Pater Patrie &c. dativo efferuntur easu, si quum id esse notavi, magnique in Augustos affectus.

[\*\*]) Capite suo Nimos Signare FELIO CAESARI primum indicum a Senatu, ante, nemo id ausus est prater SYL-LAM, POMPEIUM & MARC. LIC. CRASSUM, cum regium videretur, vid § III. Quomodo CAESAR ante subdola uebatur amphibologia nominis, numsum cum elephante signando eique vocem CAESAR punicis verbis subscribendo, ambiguum zelingens an iuum, an bestie nomen id foret; Punis enim elephas Caesar dicitur, vide Hærb. cit. Dial. IV. pars. I.

(\*\*\*) Legende quoque appellari possunt inscriptio[n]es in averse antiquorum semper conspicua, dum de antiquis sermo est. Alioqui hec vox, ut ipsa ratio, recentior & a Gallis adhibita, notaque verba in limbo modernorum expressa cum in finem, ut a fraudibus circumcidera. § rasura prestantur immunes, ad quod malum averruncandum videntur in margine antiquorum

calatura quedam industria facta (q) conf. Ant. Aug. Dial.  
VIII. (r) Exercitat. de Numis veterum Dial. l. ii. [s] lib.  
cit. D. I.

§. V.

**F**A rerum humanarum est conditio, ut eandem diu non servent faciem, sed variis expositae sint viceſſi-  
tudinibus. Hoc etiam olim experta est ars, quam descri-  
plimus, perfectissima; diu quippe in eodem non substi-  
tit gradu. Sub DECIO ad minutam formam decidentes  
animadvertis, & pro argenteis tinctos, pro solidis  
leves; vultuum, figurarum literarumque elegantiam to-  
tanque fere numorum gratiam desideratam esse. Pro-  
gredere paulisper, Mandrabuli more rem succedere sen-  
ties. Hinc est, quod quidam, operis pertusi, cimelia sua  
cum GALLIENO (§ III) concludantur. Moneta quippe  
inseqventijs periodi, licet qua quantitatem sub HELIOGA-  
BALO accreverit, admodum est vilis, & arte nimi-  
um quantum florentis imperii inferior. Imaginibus non  
erinentibus sed humilibus gaudet parvusque elatis,  
neque affabre illis eleganterque exaltatis. Hinc tamen  
nemo sibi persuadeat nulla penitus egregia & artificio-  
se facta horum temporum monumenta superesse; sed  
rara admodum eadem esse sicut ul putet, artemque tan-  
dem ruditari cessisse. Audiamus ANT. AUGUSTINUM: Cir-  
cumferuntur Imperatorum Romanorum sumi in Justinianum us-  
que, sed in quibus veterem illam elegantiam artificiumque  
desideres. Nam qua ab ipso Justiniani etate conflata reperi-  
untur adeo inepia sunt, ut artis, ritoris & elegantie vix vo-  
la, ut ajunt, aique vestigium reperiatur. Cujus quidem bar-  
baricae ruditatis culpam plurimi in barbaras, qua Euro-  
pam occuparunt, gentes rejiciunt, Hunnes videlicet  
Vandalos, Alanos, Gothos & Longobardos, quos omnes  
artes

artes elegantiores & literas odio prosequutos esse communiter creditur; quo vero jure jam examinare non vacat. Observamus tantum pro fatis his aliisque quæ subiit Ars Monetaria, divisionem ortam esse numorum in antiquos, ævi medii & recentioris. Nomine vere veterum seu antiquorum natos ad usque **GALLIENUM** quidam antiquariorum solum dignantur, alii ad tempora **CONSTANTIINI** procedunt, alii ad **HERACLIUM**, alii ad finem imperii occidentis. Optime fere agitur si series Cæsarum in numis cum **THEODOSIO MAGNO** & filiis eius **ARCADIO** atque **HONORIO** una cum saeculo IV finem sortiatur. Reliqua etenim monetarum fax plerumque crudissima est, nec arte nec ingenio emens studiumque curiosorum provocans [v].

(1) Hanibal. Dial. VIII. IV. [v] Dial. I [w] Hanibal. Dial. Proem. I. IV. conf. Junckri lin. pr. Rec. antiquaria p. 237.

### S. VI.

**G**entium qvarundam celebriorum arte natos adorandi paucissimis sic adunbrata, antiquam nostram eidem subnectere gloria majorum nostrorum jubet; quid enim in antiquoribus pariter ac recentioribus populorum monumentis eadem est celebratius? Non hec opus est verbis, rerum enim testimonia adjungit; de gloria vero Gentis, si quid detrahere putaverit quis pecuniarum nostrarum antiquissimarum ruditatem, vehementer errabit. Contrariu[m] dudum viri de patria immortaliter meriti ostenderunt, nec quis tam cœcus erit, qui ipse non sentiat. Id etiam in antecessum Morris dictum volo, lineolas has, quas debo numismatographis nostris viris Nobilissimis & de elegantiiori litteratura immortaliter meritis **STIERNHIELMIO**, **BRENNERO**, **KEDERO**, **ERICO BENZELIO** aliisque, in meam eorum-

13

orumque gratiam heic ductas esse, qui notitiae hujus expertes nostra legere cupient. Quando opium primum in Svecia coepit est numos cedere, antiquatum nebris adeo est involutum, ut nihil certi statui queat. Constat certe, praeter alios, ex TACITO diu antiquam heic viguisse rerum permutationem, & metallum non signatum in commerciis adhibitum esse, ut & numos exoticos, longe ante introductam monetam signandi rationem, quam post tempora sanctissimi partus heic demum obtinuisse itidem pronunciamus; sed quando coperit necitur (\*). Antiquissimi, qui e terra eruti in manus curiosorum

(\*) *Ante tempora YNGWE FREY Regis monetam in uso fuisse dicere videatur STURLESONIUS Heimskringla Ingling. lagan c. 12. & 13. cum narrat pecuniam in sollem sepulchrum FREYI, injeclam esse; quam narrationem PERINGSCHIOELDIUS in Monument. lop. p. 218. docet de antiquiori FREYO non vero de juniori, qui circa tempora Christi vixit, intelligendum esse. Cum vero antiquatum nostrarum perissimè tradunt, nostros diu peregrina pecunia ante propriam signatam uso fuisse, id de argenteis aureisque numis intelligendum esse, non de are ruderer signato considerim, cuius apud Scurtesonium sic mentio. Ita Nobilissimus STERNHOEKIIIS libr. I. c. XI. de jure Sveon. Gorb. petuso: Nobis olim omnis pecunia ignota. Nos Germani & Angli, Germanos olim Ronani pecuniam accipere docuerunt. Cum vero aliunde constet Anglis ex Europais omnium primo per JULIUM CÆSAREM hanc artem innovuisse, haud obscure patet, quid de Regia nostra moneta arte natum Christum sit lentienatum. Quid vero existimandum sit de rumis autem minoribus & majoribus, qui sub ODINI numerorum nomine monstrantur in regis antiquitatis archivo, non sicut, nisi amuleta fuerint, vel numi ex Asia ab Odino altati, vel ars cudendi statim post Odini*

occiderunt, nuruli argentei sunt, iidem q; minutissimi, utq;  
rudi admodum saeculo a rudibus sculpti. Tales a tempore  
*OLAVI TRÆTELJA*, si quosdam *OLAVI SCHIOETKONUN-*  
*GI & ANUNDI JACOBI* exceperis, ad *ERICUM MAGNI* per  
sexcientos annos conflatos fuisse constat. Horum XXIV.  
unam consecisse Oeram, & octo oeras unam *marcam Spec-*  
*canam* (marc<sup>a</sup> Swenst) & conleqventer 192 unam va-  
luisse *marcam* docet *Nobilissimus BRENNERUS*, ut & pro  
discretivis hoste præcipue esse usurpatos; alioqvi vero,  
quando summæ argenti aliquanto majores expenderen-  
tur, ponderatos; etiam exoticarum gentium numeros  
per piraticam, bella & commercia hue delatos, facturumq;  
argentum sic iliter adhibitum esse. Ab *ERICO MAGNI* inde  
ad tempora *GUSTAVI* majores magisq; conspicuos, ortugos  
(latine denarii, Svetice Örtugar) præsertim confirunt.  
Horum III. unam valebant *aram* & 14 unam *marcam*.  
(x) Minuti illi tenuesque numuli bisariam dividii possunt,  
nimicum in numeros ante & post *ANUNDUM* cu'os. Illi  
qua maximam partem bracteati (\*\*) ab uno tantum  
latere una initiali Regii nominis runa, vel monogram-  
mate

*tempora exoluerit. Cum vero ita sit, nostram Rem Numariam*  
tam respetu artis quam aliarum circumstantiarum dividere  
possimus in antiquam & modernam, illa complectitur omnes  
ad Gustavum I. hac persequentia tempora eius.

(\*\*) Hos ipsos numeros, octo scilicet *OLAVI* & unum *ANUN-*  
*DI JACOBI* in tabula secunda obesori Brenneriani conspi-  
cere tunc. *Nobilissimus KEDERUS* primum hos enucleavit, cu-  
jus *concentatio Lipsie* eista de decem *OLAVI* Sveci, uno *A-*  
*NUNDI* & uno *HARVINI RIFI*. Majores & solidiores Olavi-  
ani illi sunt accurate ad numum *EITHELREDI* expressi,  
cujus mibi videndi copiam fecit maxime Reverendus Praes.  
(\*\*\*) Seculo potissimum septimo capsum est monetas tenuissi-

mate tunice, vel capite coronato ruditer sunt signati, ut & reliqui, quorum postica crucem, ut BERONIS, vel Fanum, vel aliud quidpiam exhibet. Bracteatorum antiquissimus qui repertus est, tribus coronis est notatus, quæ ruditer formatæ singulæ trinis adornatae sunt margaritis[\*\*\*]. Tempore ANUNDI aliquanto firmiores crassioresq; & aliis atq; aliis conspicuos ornamentis internis conficere coepit est; sed qui ejusdem cum tenuibus illis fuere valoris, characteres, exceptis quibusdam, ab utroque latere habentes, ab uno præsertim literam initialem Regii Nomi-

## C

nis

mas, omni crassitate remota, conficere, quos bracteatos a bractea seu lamina tenui, qua eusi sive appellarentur. Si ante hos bracteatos numi in Svecia eusi sive incertum. Rationem vero eorum paucis exponam. In Romano imperio numos prædiuse animadversum est, ereos, imo ferreos argento superinducto. Hinc undique aamoveri serra cœpit, ut per vulnera hac numi videretur integritas, vid. Jobere. Instr. VII. p. 238. Hoc modo non ab omni caucum est dolo; Fal-sarii quippe massam eream lamina velatam argenteo circulo orani ex parte inciso incluserunt, ut nisi fractus pro genuino haberetur. Hoc ipsum postmodum, uti diximus, coegerit ceteros populos & præsertim Germanos ad minutos illos conficiendum, quibus usui quotidiano temporique ferundo imparibus animadversis, crassiores iterum, Grossos scilicet, conflarunt. conf. Olear. Isag. ad Gazophylac. Bracteatorum.

[\*\*\*\*] Inter antiquissima monumenta, in quibus regni expressa sunt insignia, hunc refert Numismatographus noster per eruditum orbem Clarissimus BRENNERUS. Inter tres coronas expressa est runa □ nomen regis indicans, quem OLAVUM [Olof vel Ulof] Trætelja fuisse idem noster magister existimat, qui etiam septem tales antiquos & Spionicos numos maxime memorabiles recenset ad confirmandum ius nostrum in usu tria.

nis inter tres coronas, & ab altero insigne Gothicum, transfluentem sc. tria flumina coronatum leonem. In aliis conspicitur tantum ab una parte litera initialis Regii nominis vel corona, ab altera unica corona vel LeoGothicus. Quidam ERICI Sancti & filii ipsius CANTZI adverso latere præferunt caput coronatum & nomina: Ericus, Erie, Hericus Rex Sw. Knut R. S. literis monachibus, ut in reliquis sub Christianismo ad GUSTAVUM I. ut & in ejus haud paucis, expressa. Ab Erici Magni inde tempore usque ad GUSTAVUM, illi, quos antea locuti fuimus, Orugi, aliquanto maiores nostra hodier na moneta VI oerarum valore, unice fere sunt conflati, si numulos MARGARETÆ exceperis, & quos, præter hos, JOHANNES II. & omnes STURII confici curarunt semidecimarios ( Hafiva ortugar ) nec non Klippingsos CHARLSTERNI I. vili argento conflatos. In denariis alia atque alia conspicuntur ornamenta, præcipue ab antica tres exstant corona vel insignia stirpis ( Stammwapt ) cum nomine & titulo Regio (\*\*\*\*), a postica insignia urbis in

am coronarum ante unionem Calmariensem, quorum tertius RAGVALDI Knaphöfde coronas arti Heraldica convenienter poscas primus exhibet. vid. Praef. Thesauri iphus.

(\*\*\*\*) Hic fere communiter conspicitur titulus: Rex Svecia vel, ( ut in CAROLI ) S. G. vel S. D. N. seu D. S. N. Sancte enim observatum fuit sub unione, ut in quo Rex sedem haberet regno ejusdem etiam titulus præcederet in aliis publicis & numis. Quod ex numis ERICI Pomerani præcipue colligi potest, qui non secus ac reliqui Reges sub unione totum fere imperii tempus in Dania consumxit. Omnes Sturii, a titulo Regio abstinentes, in numis non nomen suum, si STENONEM juniores exceperis, [ in ejus ortugis existat: SIEEN STURE RITTER ] sed Patroni Regni Svecia ERICI

in quâ cusi sunt, vel tres coronæ cum inscriptione circu-  
circa: Moneta Stockholmienſis, Aboënsis, Arofensiſis, Kalmariæ &c,  
vel moneta Sw. leu Regis Sveciæ. Præterea ſtellulas, cru-  
ces, ſcuta, annulos, rosas conſipicies. Semidenarii fere  
idem fuit typus qui denarii, in quantum latera angusta  
permisérunt. Klippingi illi fere quadrati ab uno latere  
Regem armatum, ab altero insignia Danica tres sc. leo-  
nes ostendunt. Tales eodem typo, sed adhuc quâ me-  
tallum viiores habemus quoque Christierni II. in Dania,  
ut reliqui ejus, confeſtos, qui omnes, referente Nobis-  
lissimo BRENNERO (y), propter vilitatem metalli & ex-  
otica insignia mox sunt abrogati. STENO ST. Junior pri-  
mus in Svetbia majoris magnitudinis numum cu-  
dendum curavit, qui 24. ipſius denarios valuit. Hujus ty-  
pum ex BRENNERO heic afferre placet: uno latere ex-  
hibetur Rex ERICUS S. totus cataphracta & pallio in-  
dutus, & corona nimbo inclusa ornatus, dextra gla-  
diū ſtrictum, ſinistra globum crucigerum gerens, &  
inter pedes Sturiana habens insignia. Inſcriptio: S. E-

## Cz

RL

Sancti expreſſerunt, ut invidiana effugerent emulorum, cer-  
tis tamen signis effecerunt, ut numis a ſe percussi ad eos re-  
ferri poſſent, STENO Senior anni ſcilicet appoſitione, (quod  
primum ab eo in Svetbia factum 1478) SVANTE STURE inſi-  
gnis gentilitiæ, Scuto ſcilicet transverſe in partes aequates ſexto,  
(quorum ſuperior eft aurata, inferior cancellata & coloris  
cerulei) hoc etiam uſus eft filius STENO Junior & bodienum ab  
bis descendens familia Ratt och Dag STENO SENIOR  
biſte ſanguine, non vero linea recta, coniunctus alio uſus eft  
inſigni, tribus videlicet foliis Nymphae tanitatis, coloris nigri in  
campo aurato. In numis CAROLI, cymba leu ſcapha appetat,  
Bendorum inſigne gentilitium; In JOHANNIS II. inſignia Ul-  
denburgica, due facies, ut & in CHRISTIERNI II. numis  
in Dania percussis.

**RICUS REX SVECIAE.** Aversa scutum præbet Regni Sveti-  
ci coronatum cruciique impositum cum addita epigra-  
phe: *Moneta Stockholm. 1512.* Hunc raritate sua maxi-  
me conspicuum prædicat idem Nobilis Vir (z) Tempo-  
re demum *GUSTAVI I.* prodire cœperunt maxime me-  
morabilia nostra & Symbolica numismata, a quo tem-  
pore artem numismaticam feliciter excultam, & ad sum-  
mum tandem euctam esse sat abunde testantur pul-  
cherrima quæ conflata sunt numismata, elegantia orni-  
moda tam interna quam externa conspicua.

[x] vid. Bibliothe. Nettelbl. tom. IV. N. IX. [y] vid. in-  
comparabilem ejus Thesaurum Numorum Svetbie p. 36. [z]  
Lib. cit. p. 43. conferatur tamen Colleg. Ansig. Sviogoth. Er.  
Benzelii in vita bujus Stenonis.

### S. VII.

**S**IC, non ut volui, sed ut potui, ornamentis numorum  
Gentium celebriorum pro tempore expositis, alte-  
ram tractationis partem aggredior. Num us cuius faci-  
em æri incisam exhibet titulus opellæ a Max Reveren-  
do & Amplissimo Præside benigne nihil est communica-  
tus, qui eundem ante aliquot annos a Rustico quo-  
dam in agello Finlandiæ repertum amico suo *CAROLO*  
*ADLERHEIM*, ad legionem tormentariam Capitanei locum  
tenenti, jam ante biennium pie defuncto, acceptum  
refert. Dignus idem qui exponeretur vitus, præcipue  
cum in Fennia sit repertus. Argento constitutus effigi-  
em latere exhibet adverso formosa fœminæ more Ro-  
mano ad pectus usque eleganter expressam, capillis a  
tergo contortis in fronte composite in fastigiolum ex-  
surgentibus atque fascia circumcinctis, cum titulo: *SABI-  
NA AUGUSTA*. Ab aversa pæne est attritus, literæ tamen  
legibiles sunt & notæ apparent imaginis, quæ Veneris  
esse

19

esse animadvertisetur. Erecta eadem stat, nuda fere, populo tamen laxe appenso & malum dextra terens cum epigrammate: *VENERI GENETRICE*. Data hac delineatione, prima quæstio erit cujas sit? ex ipsa legenda adversæ & aversæ, orthographia ejusdem, &, quæ in ipso conspiciuntur, reliquis ornamentis tam internis quam externis in descriptione allatis, satis superque patet, eum antiquum & Romanum esse: imago certe *SABINÆ* ad vivum ita est expressa ut nihil supra. Titulus in Historia Romana plus quam satis notus, inscriptio elegans (conf. § III. IV.); addimus in opere numismatico *JAC. BIAEI ANTVERPIANI*, ubi ectypi tantum prim. Impp. reperiuntur, numum hujus etiam *SABINÆ* conspici, sed diversæ a nostro magnitudinis, inter cujus adversæ & nostri, nihil in imagine, lineamentis, crinis torsione &c. discrepat (c. § IV.). Nec eum spuriū quis putet propter e in antepenultima vocis Genetrici occurrentis, pro quo i, cum descendat a genitum, malunt *BECMANNIUS* (40) alii que; & vix illa utraqve scriptio obtinuit. Per græcisnum vel propter facilioriem pronunciationem ē' e introductum esse, si quis existimaverit, non valde repugnabo. Rem vero ipsam extra omnem dubitationem ponunt plures avi illius adhuc extantes inscriptiones, sic *LIVIA* Genetrix orbis appellatur, & in numis *FALLSTINÆ* eadem est aversæ legenda: *VENERI GENETRICI*. Pluribus pro veritate hujus afferendis supercedimus. Qvod pro infallibili antiquitatis nota assert *EUCHARDUS GOTTL RINKIUS*, nos dubitare non finit magna extrenorum attenuatio.

[ a a ] vid. Orig. ling. Lat. [ b b ] vid. De veteris numismatis potentia & qualitate lucubrationem p. 113.

## §. VIII.

**H**AUD obsure patet ex eis qvæ superius dicta sunt, quantum lucis Historiæ scientia Numismatica afferat; Jam, dum ordinis ratio requirit, ut, qvæ circa numerum nostrum notatu digna sint, exponantur, e contrario videri poterit, quantum Historia Scientiæ Numismaticæ conducat. Ex utroqve (licet in aliis luculentius) magnam utrisque intercedere communionem, ad qvæ veritatem invicte adstruendam neutra nos carere posse senties.

Plures *SABINAS* loquitur Historia Romana (cc); hanc vero ipsa effigies collata cum aliorum numorum typis eam fuisse nos erudit, qvam *SPARTIANUS* dicit Imperatori *TRAJANO* propinqva cognatione junctam ab Imperatrice *PLOTINA* Anno 100: desponsatam atqve in matrem omnium traditam fuisse *HADRIANO*, qvem postea, maxime procurante *PLOTINA* ex favore & bonitate singulari, non longe ante obitum suum adoptasse pethibetur *TRAJANUS* (dd). Hinc vero simile evadit nostrum inter alias forte in solemnitatem nuptiarum, & qvidem honorem *SABINÆ* fuisse casum. Nam qvod nos solemus ad varios casus & eventus numos, qui *Medalia* appellantur, confiare, idem apud veteres Romanos obtinuit (\*). Hoc autem conjecturæ loco tantum proponimus, cum & alioqvi notum sit Imperatores Romanos, simulac imperium adepti fuerunt, curasse numeros primo sua, mox conjugum, denique & liberorum effigie insignitos cudi. (ee) Si qvis igitur contendere voluerit circa accessum *HADRIANI* ad Imperium, vel etiam serius quoqve hunc casum, fuisse, non magnopere refragabimur.

(cc) De his prater alios legi potest Calep. in Onom. (dd)

Vid. Spart. In vita Hadriani & Lex. Hist. Buddei in voc.

Adv. 15 Sabina.

(\*)

(\*) Dix agitata fuit inter eruditos hac quæstio: Numi ne omnium ordinum esse apud veteres monete eorundem currentes tantummodo & usus quotidiano procusa, an secunda? Ab utraque parte viri sunt magni nominis. Paucis nos expediemus. Mediocres minoresque quod attinet, nullum est dubium quin tales fuerint, licet premium in eis non sit designatum; florente quippe imperio id non fuit necessarium, numis certo pondere & mensura semper procussi. Interim quin, in honorem hujus vel illius tales quoque sint constati nulli dubitamus. Unde nihil in eis ingenio & industria vacare cogitandum. Majores autem illas patimari feliciter magnitudine, qui missilia, Megalitiones, Gallice Medaillons dicti, si spectaverimus, affirmare non veremur, quod donationis, perpetuae memoria & magni nominis ergo unice sint confetti, aecernentibus Augustis, splendori nominis sui per omnia studentibus.

(ee) Ant. Aug. Dial. I observandum vero Cesares primo semper summa quidem potestate, sui tamen nondum omnino secura gaviso, caute & timide, si ita dicere fas sit, in hoc versatos fuissi, suis vultibus, permittente demum Senatu, ope numerorum vulgaris. Hinc LVLÆ vultus in numis primum in vulgus sub Tiberio est datus, vid. Spanb T. II. 273.

### §. IX.

**P**Aucissimis indicato, quænam hæc Sabinæ fuerit, pauca quoq; de ipsis nominibus Sabinæ & Augustæ speciatim dicenda videntur. Juxta differendi quidem nobis esset locus de antiquitatis circa nominum impositionem cura, eorumque usu (ff); sed cum libellus noster Academicus supra expectatam jam magnitudinem excrescere videtur, quæ omittenda non sunt, obiter tantum tangemus. Nomen Sabinæ ejusdem esse, qva primam originem, derivationis cum nomine Sabino neminem fugere potest, adeoque cum gentilitio illi suas debeat

beat natales, ab eadem quoq; qvam illud radice sc. religione  
cultuq; Deorum esse aucterendum, atq; adeo à mō rō cibadā,  
vel secundum **SILIJUM** a **Sabīa** Sabinorū Dco (gg). Qvam  
sanctum hoc nomen gentilitium posteris fuit, vel ex Poē-  
tis solum colligi pot. st, qvi, dum fāmīnām diligentēr,  
castam, viri familiæq; magis qvam formæ studiosam  
laudare voluerunt **SABINAM** dixerunt, vel cum Sabinis  
eāndem compararunt (hb). Nostram vero **SABINAM** qvod  
attinet, nobis primum non est deterrinare, an familiā  
ex qua orta est **SABINA** hoc nomine gavisa fuerit vel  
secus; Id vero certum diu unicum nomen gesllse fāmī-  
nas Romanas, idq; gentis suæ, postmodum additum vel  
nomen mariti ut: *Agrippina Germanici*, vel patris ut: *Fau-  
mina Piæ*. Sic quoq; in majoribus qvibusdam hujus **SABI-  
NÆ**: *S. bina Augusta Hadriani Augusti* sc. conjux, qvo  
ipso fāminas ejusdem nominis, qvandoq; & Gentis, bre-  
viter & luculenter dicitur reverunt. Postremo prānomen,  
nomen & cognomen, æq; ac viri, nactæ sunt fāminæ.  
De cetero nihil ultra nobis adhuc de **SABINA** hac  
innovuit qvam qvod, docente **SPARTIANO**, **TRAJANI**  
per sororem neptis fuerit. **AUGUSTIA**, nomen sumū & est  
dignitatis. Ut **OCTAVII** in imperio successores, postqvam  
Idem nomine Augusto a Senatu esset honoratus, **AUGU-  
STI** qvodam quasi hæreditatis jure appellabantur;  
Ita etiam imperatrices, decernente demum Senatu, Au-  
gustarum nomine primum gavise sunt, & tandem Ma-  
tres, aviae, filiae, sorores, neptes licet nunquam Augusti  
conjugii confortes, ut ex numis appareat, alia testi-  
monia ut taceam. Qvi nomen hoc ab Augendo deri-  
vant, adeo ut imperii Ampliatorem designet, non mi-  
nus errant, qvam qvi illud, æq; ac Cæsaris, familiæ es-  
se contendunt. Rem extra controversiam ponit **FLORUS**:

Trade-

Tractatum ( inquit ) In Senatu an quia condidisset imperium Romulus appellaretur ; sed sanctius ac venerabilius visum est nomen Augusti ; ut scilicet iam cum dum colit terras ipso nomine & titulo consecraretur ( i i ). Eodem sensu interpretatur illud XIPHILINUS : Πάτερ τούτου είναι οὐαὶ γεγένεται αὐγεστα πρεσβύτερος : & accepit APULEJUS inqviens : Unus omnium GRATIANUS potestate Imperaser, virtute vitor, AUGUSTUS SANCTITATE, Pontifex religione ( kk ). Nomen igitur hoc sanctum significans , splendorem dignitatis primum sonuit ( ll ) ; temporis vero tractu potestatis factum, complexum omnium ad Imperatoriam potestatem pertinentium importavit. Quo sensu HADRIANUS fere primus illo est usus , in cuius numis plurimis solum videbis : HADRIANUS ALIUS.

( ff ) Legat qui cupit Orig. contr. Celsum I. 1. p. 19. Lips. ad His Tacit. p 516. Spanheim de Usu & pret. Numis. diss. 10. p. 33. Hanib. Exerc. cit. Dial VIII. 13. 14. ( gg ) Vid. Lex. Fabr. in voc. Sabin. ( bb ) Conf. Horat. epod. 2. 39. Martin. 1. Epigr. 63. & 17. ep. 16 Juvenal. 10. 197. &c. ( ii ) Florus 4. 12 66. ( kk ) Apul. in Grat. ABA. ( ll ) Dion. Coccej. Lib. LIII. p. 107.

### S. X.

**A**dversam jam linquentes, aversam paululum intuebimus. Inscrabitur eadem : Veneri Genetrici, cetera vid. §. VII. VENUS amorum , gratiarum , deliciarum , generationis & voluptatum Dea antiquis Romanis habita, tot modis depicta atque exsculpta exhibetur, tot epithetis & nominibus insignitur, ut eis exponendis peculiari opus esset opera. Genetrix vero dicitur, partim quod eadem matre Patrem AENEAM genitum crederent, partim quod Dea esset generationis , quodque adeo ejus beneficio felix & facilis evaderet partus. Hinc parturientes opem ejus sibi implorantes, eventum voto respondentem Veneri

ri Genetrici retulerunt acceptum (mm). Unde collige-  
re licet formosissimam fuisse Sabinam, natam videlicet  
Deæ, qvæ ad omnia ornanda & commendanda veniat  
(nn). Ex signo, qvod in dextra spectatur Veneris, i-  
dem quoque concludi potest. Tria præcipue Veneri ad-  
signantur: Columba, Myrtus & Mala (oo). Indicatur  
malo formæ præstantia; notum enim ex fabulis, a Pa-  
ride malum illi datum, qvod formæ præstantia Junoni  
& Palladi antecelleret. Nec ipsa effigies Sabinæ probe  
examinata nostræ assertioni refragabitur.

(mm) Scarl. Hom. Symb. & Fig. I. 1. p. 215. (nn) vid.  
Lex. Fabr. in Voc. Ven. (oo) Ant. A. Dial. V.

## XI.

**C**um a more Numismatographis recepto non ab-  
horreat, neqve Lectoribus ingratum fore confidi-  
mus, si unam vel alteram observationem addiderimus  
fata SABINÆ nostræ concernentia. PLOTINÆ benefi-  
cio HADRIANUM ad dignitatem imperatoriam evectum  
esse nullo caret dubio; an vero fraude omni caruerit  
adoptatio ejusdem, non æqve liquet; talitem TRAJANUM  
HADRIANO multum favisse in confessio sit; amorem quidem  
illicitum erga HADRIANUM PLOTINÆ insinuare  
videtur DION, refutatus ea propter a DODVELLO; ne-  
que enim crimen illud vel cum reliquis PLOTINÆ mo-  
ribus vel cum ætatis disparitate congruit; qvidquid au-  
tem sit, matrimonium SABINÆ HADRIANO multum pro-  
fuit, tum ad amicitiam TRAJANI acqvirendam, tum  
ad obtinendum summas dignitates, nec forte omnino  
nihil ad ipsam adoptionem contulit. Imperatorem ve-  
ro HADRIANUM refert ÆL. SPARTIANUS in vita ipsius,  
SEPTICIO Claro præfecto prætorii & SVETONIO IRAN-  
QVILLO multisqve aliis, qui apud SABINAM uxorem, in-  
jus

jussu ejus, familiarius se tunc egerant, quam reverentia domus aulicæ postulabat, successores dedisse. Quam vero ridicule MORERI inde inferat, tam quod SVETONIUS privatus fuerit officio à cause de quelques privautez, qu'il avoit avec l' Imperatrice Sabine; & deinde asserat quod HADRIANUS decouvrir quelques galanteries, que Sabine avoit, & qu'il la fit empoisonner; & per se patet, & satis demonstrat BAYLIUS art. Svetone. Qui impudicam familiaritatem intelligunt, SALMASIUS inquit, ne illi multum falluntur; ne tale quidquam cogitarent poterat per illas duas voces fieri: injussu ejus; si paulo diligentius attendissent. Imperiosam tamen SABINAM fuisse vel e vultu in imaginibus expresso demonstrari posse nonnulli putant; HADRIANI taltem judicio duris fuisse moribus patet ex SPARTIANI testimonio: Uxorem etiam ac morosam & asperam dimissurus ut ipse (sc. Hadrianus) ajebat, si privatus fuisset. Illa vero vicissim conquestra est, se immare HADRIANI ingenium paßam noluisse eidem cobabitare, ne filium Patri similem aliquando parere cogeretur [pp] Infelicem autem exitum sortitam fuisse SABINAM patet ex testimoniosis AURELII VICTORIS, cuius hæc sunt verba: Hujus uxor Sabina, dum prope servitibus injuriis afficitur ad mortem voluntariam compulsa est, & SPARTIANI: Sabina uxor non sine fabula veneni ab Hadriano dati defuncta est; totos vero XVI annos SVETONIUM ante privatum fuisse officio, quam SABINA periret, notat ex TILLEMONTIO BAYLIUS

[pp] Hantb. Dial. XIV. Num. XIV. conf. Aar. Viæ.

## XII.

**U**ltimo loco notare liceat, quod in collectione numerorum rariorū Cronstedtiana, quæ juris facta publici in instructissima ceimeliothece Reg. antiquitatis Archivi jam servatur, occurrat exemplar numi nostri; magni-

magnitudo eadem est, similiter quoque typus atque inscriptio, nec de materia dubitare volumus. Differt vero in eo praeципue 1:o quod in aversa, dextra Veneris, ut in hoc nostro, ad caput non pertingat, sed distantia quædam inter caput & manum conspiciatur. 2:o Scribitur ibi Genetrix cum AE GENETRAX 3:o Syllaba G ibi occurrit inter caput & manum sinistram, quod aliter in nostro est 4:o nulla heic apparent attritionis signa. Contra eum certe non tantum militant quæ §. IV notavimus; nupiam enim tam vitiola scriptio vocis Genetricis legitur; sed etiam reliquæ modo nominatae circumstantiae; nec sane possibile est inter tam multa, quæ in Nomophylaciis occurunt, singulorum antiquorum numorum exemplaria, omnia genuina esse. Lectori tamen judicium relinquimus, eum & aliquando occurrant numi antiqui, quos monetariorum errores quam maxime nobilitant. Res ita se habet: Monetarii apud Romanos fuerunt Triumviri & Quadrumviri (qq). Eorum erat officium sollicite curare, ut numi justo pondere & materia a fraude omnibusq; vitiis immunes, verbo, integri e officina prodirent, atque moneta adultera excluderetur. Hi ipsi simulac observaverant, vitium quoddam admissum, typario statim fracto, monetam signatam, si fieri potuit, delerunt. Raris pariter, verba sunt ERAS. FROELICHII (rr), adnumerandi sunt synceri, publicique commatis numi, quounque e metallo constati, in quibus monetarii vitium, insolici quidpiam ostentant, offenditur. Deprebenso quippe errore, typarium illico remotum, nec eo signata moneta; quin etiam signata, qua redhiberi poterat, abolita fuit; id quod ejusmodi numi ipsi restantur, qui, ejusdem orunino erroris nota vitiati, singuli sere canrum babentur, aut paucissimi. Sed manum de tabula.

(qq) Horum manus G cura quomodo identidem in numis expressa, vid. cit. Hantb. dial. VIII. N. IX. (rr) vid. ejus dissertatione, de numis, monetariorum culpa vitiis.

S. D. G.